



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor aut pati, aut mori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

## CONSIDERATIO XXXV

AMOR DEI,

*Vitale deliquium.*

**O** Dulce, & optabile deliquium, quod mortuum es mortis, sed vitæ: non es mortale deliquium, sed vitale: non es defectio Naturæ, sed abundantia & redundatio Gratiæ! *Concupiscit, & deficit anima mea in atriâ Domini.* Crescit desiderium cordis, & affectus erga terram.

Nec tamen sum contentus deliquio amoris: est etiam deliquium doloris, in pœnitentiâ, & contritione peccatorum meorum. *O utinam te nunquam contempserim!* Amor, tui boni Deus meus, exhilarat, & in malo tuo contristat.

Neque ista deliquia mihi sunt satis. Velle vitæ meæ esse in deliquio: in deliquio mundi, deliquio carnis, deliquio voluptatum, deliquio sensuum, deliquio honoris, famæ, desiderii creaturarum contentum: ut solum summum Bonum, solum increatum Bonum, solum infinitum Bonum, cum continuo amoris ardore regnaret in meo corde. Quidquid pulchri & boni in mundo, fallax est, obnoxium est defectui deliquio. Ergo sursum corda. Tantum æreæ præparati sunt veri cibi, qui possint satiare animam meam.

## CONSIDERATIO XXXVI

AMOR DEI,

*Amor aut pati, aut mori.*

**F**ulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. (*Cant. 2.*) Si mihi negatur Mori, concedatur. Dum non morior, fulcite me floribus: recedat, corroborate me floribus dolorum. Fulcite me malis, stipate me doloribus, stipate me malis. Circumdante fructibus Crucis, diversorum cruciatuum.

Aut pati aut mori. Amor non aliud desiderat, quam videre rem amatâ. Sed si hoc non datur, supplet patientiam.



XXV. aut mori. Donec videt in Cruce dilectum suum,  
aut Bonum, non potest aliud in hac vita desiderare,  
in Cruce.

aut pati, aut mori. Dulce pati, quia est via ad mor-  
tem, dulcis dolor, quia est refrigerium amoris. Aut  
aut mori. Aut pati, quod est mors longa: aut mori,  
quod est passio brevis.

## CONSIDERATIO XXXVII.

### AMOR DEI,

#### *Amor crucifixus.*

Alvador, & Magister noster, ante suam discessam,  
nos praeferre lectionem Caritatis divinae: & ele-  
git in Cathedra Crucem, pro charta suam Carnem,  
pro calamo sanguinem, pro calamo Clavos: &  
tantam duo haec verba, *Amor crucifixus*. Vis ama-  
re deos pati: quia non est amor sine dolore. Et si do-  
loris continui, hic est ipsissimus effectus amoris,  
& separare amorem nostrum concretum, &  
continuum cum bono proprio. Haec separatio  
haec sola est, quae absterret, quo minus aggrediaris  
amorem divini sicut oportet.

XXV. Interroget ergo se quilibet, ubinam sit, an sit in Cruce,  
aut in legat sua desideria, suas cupiditates, suos affectus.  
Amor extinguit, & abiicit venenum amoris DEI, qui  
amorem proprium, est bonum signum: radius divini amoris,  
Caritas divinae Caritatis incipit operari in corde suo.

Quid remus discipulum eruditum in hac Schola  
amoris, S. Paulum. Volebat mundo notum fa-  
cere, quod non haberet alium amorem, quam Christi,  
aut aliam vitam, quam Domini Jesu. Hujus rei  
significatus agebat: *Christo confixus sum Cruci: vivo  
non ego; vivit vero in me Christus. (Gal. 2.)*  
Christo, & Christus in me: ecce signum hujus  
amoris *sum Cruci*. O crux amoris! Verum est ergo,  
quod si amor sine cruce, non sit amor sine dolore.